cum adhuc symon uocaretur · et tunc eum
ihc petrum uocauit·
v Vbi uocauit philippum et dixit nathana
hel philippus de ihu · et nathanaheli
xpc locutus est·
vi Vbi ad nuptias inuitatus aquam in uinum
conuertit · et crediderunt in eum disci
puli eius·
vii Vbi expulit de templo eos qui uendebant
oues et boues et columbas · et de solutio
ne templi · quod tribus diebus excitaret·
viii Vbi multi crediderunt in nomine eius hie
rosolymis in die pasche·
viiii Vbi ad eum nocte uenit nichodemus et
locutus est ei de regeneratione per bap
tisma · et de exaltatione sua quod nemo
ascendit in cęlum nisi qui de cęlo descen
dit · et de his qui eum credunt quia di
filius unigenitus est·
x Vbi de ipso et de iohanne dictum est · quod
baptizabant · et nata est questio de pu
rificatione · et interrogatus est iohan
nes · et iterum locutus est de ihu · quan
tum interesset inter se et ipsum·
bi scriptum est quod ihc non bapti
zabat sed discipuli eius·
xi Vbi transiens per samariam sedit super
puteum iacob · et locutus est cum sa
maritana muliere quae nunciauit de
illo in ciuitatem · et ueniebant inde

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol44/0254